Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1185

Quelle:
Copyright:

sive *Scripta in I. et II. Librum Sententiar. Petri Lombardi* praemissis Indicibus. Titulus et initium est: *Incipit primum super sententciis fratris thome. Ego sapientia effudi flumina. ego quasi trames* &c. Prout habetur in Edit. *Joh. Nicolai Opp.* T. VII. *Paris.* 1660. f. ordine tamen antiquo, quem mutavit Editor, ut notavit p. 3. ad marg. Itaque sub finem Περικοπη, quae interjacet in *Codice* nostro inter verba: *sed de bono quod adjungitur culpæ*, et: *Videtur inconvenienter ordinasse* &c. et 12. linear. est, apud illum, ut *Expositionem Textus*, quaere p. 412. *Fol.* 98. *Incipit liber secundus.* Ita: *Spiritus eius ornauit celos et obstetricante manu eius* &c. Ut edit. *cit.* T. VIII. Finis, ut ibi: *et regnum non corrumpetur. In secula seculorum. Amen.*

Pagg. ult. inter varia Adnotata partim extrita, partim improbe scribillata comparent Libri multi Religiosis variis v. g. *F. Mathiolo*, *Bonaccursio*, *Antonio de Parma* &c. aut concessi, aut mutuo dati, aut venditi. Memoratur item *Aegidius Prior*, unde Codicem e quodam Ord. Praed. Conventu *Italico* evasisse putem.

CCCCXCVI.

U. 301 Codex membraneus lat. Sec. XIII. exeunt. Folior. 86. f. per duas columnas nitide, sed superiore minutius exaratus, minio distinctus, et Collegio Ducali supremis M. *Nic. de Dünkelspühl* tabulis transscriptus complectitur solum Ejusdem *Thomae Scriptum in I. Sententiarum*, ut supra. *Fol.* 5. p. 2. notatur deesse *Dist. II. Articulus* III. at is subpletur ad calcem Operis *fol.* 82. Sub finem legitur eadem Περικοπη, quam supra dixi quaerendam p. *Edit.* 412. Codicem Elenchus Distinctionum et Quaestionum terminat.

CCCCXCVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 304 XIV. Folior. 255. f. maj. per duas columnas charactere nitido, atro perscriptus, coloribus distinctus, et olim a *M. Thoma de Haselbach* cum tot aliis legatus Collegio hujati Ducali est Ejusdem *Scriptum in IV. Librum Sententiarum.* Initium est: *Misit uerbum suum et sanauit eos* &c. Ut Edit. *supracit.* T. X. commutato tamen aliquantum ordine, ut etiam supra observatum est. Commentarius integer definit, ut in Editis: *ad quem omnia ordinantur. cui est honor et gloria in sec. seculor. Amen. Explicit IIII^m sententiarum secundum fratrem thomam de aquino. ordinis predicatorum.* Sequitur Tabula Distinctionum et Quaestionum tribus columnis. *Pag. ult.* adlita sunt ejusdem aevi manu Initium Sermonis in illud *Joh.* XIII. *Si non lavero te* &c. ad *karissimos* quosdam *et reuerendos Dominos*, ut puto, in *Coena Domini*, et initium Tabulae alphabeticae in *Rubricas Decretalium.* Ad compingendum vero Codicem serviunt Membranae vetustae Operis cujusdam Rabbinici charactere hispanico